Idæa Fundationis alicujus.

Ego infra nominatus, Zelo Divinæ gloriæ propagandæ inductus, et desiderio ~~tam~~ Consanguineis meis, tum etiam alijs ex christiana charitate post obitum meum subveniendi, et benefaciendi, tenore praesentium in optima Juris forma Statuo, fundo, ac ordino, ac ob id Consigno a dto Dno Rectori ~~[illegible]~~ Labacensis Collegij S.J. (: nomen:) tot millia florenorum in provincia Carniolæ ~~intabulata~~, ut inde ex censu annuo Vid. 300 fl. in Seminario S.J. ~~quam diu~~ Labaci duo vel tres, aut quatuor Alumni alantur, ac sustententur. et quidem ~~sub~~ jure.

Volo, ut hi V.t duo Alumni ~~alant~~ habeant Victum in Mensa pro ~~in mensa cum quadrante~~ Vini consuetum, praeterea Vestitum, Calceos ~~[illegible]~~, ac ut Vestitu honeste, provideantur item illis de necessarijs quæ requiruntur ad studia.

Secundo volo, ut dictos Alumnatus promoveant pro alijs omnibus mihi Sanguine juncti, sive ex Linea Masculina sive Fæminina, qui tamen sint bonæ Vitæ, et morum, ac ad Studia apti. ~~Cons~~ Consanguinei tamen ~~nomen habentes~~ per Lineam masculinam præferantur Consanguineis per Lineam Fæmininam.

Tertio, ut in defectu dictorum Consanguineorum conferantur mei Alumnatus alicui Carniolo Labacensi, aut alicui alteri natione qui itidem sit bonæ indolis, bonorum talentorum et morum.

Quarto, Horum Alumnatuum praesentationem mihi reservo quoad vixero, post mortem vero meam Patronum et Protectorem ~~capitulo~~ horum Alumnorum Constituo ipsum Capitulum.

Quinto Volo, ut Alumni mei sint memores mei et Consanguineorum meorum in precibus suis (: aut determinetur, ut orent singulis diebus Lytanias Sanctorum, vel quid simile :)

Quæ omnia et singula sub Conscientia Poenæ Canonicæ obligatæ (: quod Canonistæ [illegible] vocant:) tenere debent.

R. P. Antonius Gregorin Rec. Lab. A 1694

R. P. Jacobus Romanus Rector Labac. A. 1699.

R. P. Simon Karchne Rect Lab. 1706

R. P. Andreas Magerl Rect Lab. 1710 & 1711

1

Ego infra scriptus Zelo charitatis inductus; et desiderio Divinae Gloriae perpetuis ex nunc temporibus propagandae per probam Adolescentis cuiusdam Alendi sub disciplina Societatis Jesu educationem permotus; Harum vigore in Labacensi memoratae Societatis Jesu Seminario, S. Rogatiani, & Donatiani pro nunc appellato, Alumnatum perpetuum in huiusmodi Adolescentis alimen-tationem constituo, fundoque: Eumque in finem, ex proprio meo peculio Capitale 1000 fl. carniolicae monetae, apud Venerabile Monasterium Sitticense, ad censum annuum 5. pro 100. in vigore litterarum obligatoriarum investitum, applicui, dictoque Seminario tradidi per consignationem praefatarum obligatoriarum in originali: Cum hac reciproca, expressaque obligatione, et onere; ut ex annuo censu 50. fl. carn: mon: Adolescens unus legitimo Matrimonio natus, indolis bonae, et ad studia iudicio Rev.di Rectoris Collegii aptus iudicandus in 2.a mensa alatur, et habeatur, prout alii tantundem solventes pro nunc haberi, et ali possunt. Huius-modi vero Adolescentem pro dicto alumnatu semper ex familia Skerpiniana tam foeminea, quam virili; in eius autem defectu, ex Civitate Lythopolitana oriundum, praesentandi Jus mihi dum vixero reservatum, et me defuncto in Rev.mum D. Abbatem Sitticensem, Eiusdemque Successores, (: quamdiu ab iisdem ex retento hoc capitali dictus census Seminario praestitus fuerit.) trans-latum volo. 13. In cuius meae immutabilis fundationis perpetuam fidem, ac vigorem hanc manu propria, et consueto Sigillo roboravi. Actum etc.

13. Hic addi posset, quod in eventu, quo hoc capitale non superesset in Monasterio, hoc Jus praesentandi expiraret, neque enim videtur aequum, ut tunc adhuc ibidem permaneret. Crederem hoc merito permittendum Rectori Collegii, ut eius cura forte fideliter collocato capitali, vel asservato apud se censu soluto, et alumnatus exacte persolveri.

K. K.
LYCEAL
BIBLIOTHEK
ZU
LAIBACH